Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Missale Dominicanum - Cod. St. Peter perg. 46

Bistum Augsburg, [um 1260 u. 2. Hälfte des 15. Jh.]

Nachträge (13. und 14. Jh.)

urn:nbn:de:bsz:31-27920

Visual Library

exitus mei ꝑ ueram purā
et purā confessionē placē
merear. Sana et s̄c̄ifica
me intus et extius. Esto
m̄ tutam̄ et continua salus
corporis et anime mee. Repel
le a me undiq; insidiantes
m̄ hostes. recedant ꝓcul a me
omnes aduersarij mei et te
duce ad regnum tuū ꝑue
nire merear ubi facie ad faciē
te uidebim̄ ubi nos saciabis
de suauitate tua mirifica
ut numquā amplius esu
riamus amen. Exorcismus
Exorcizo te creatura salis
ꝑ d̄m uiuū. ꝑ d̄m uerū.
ꝑ d̄m s̄cm̄ ꝑ d̄m qui te ꝑ hely
seum ꝓpham in aquā mitti
iussit. ut sanaretur sterilitas
aque ut efficiaris sal exorcisa
tus in salutem credentium.
ut sis omīb; te sumentibus
sanitas anime et corporis. et ef
fugiat atq; discedat ab eo loco
quo aspsus fueris omīs fanta
sia et neq̄tia uel uersutia dya
lice fraudis. omīsq; sp̄c immū
dus adiuratus. ꝑ eū q̄ uentu
rus ē iudicare uiuos et mortuos et s̄c̄lm
ꝑ ignem. am̄.
Immensam. Oremus
clemenciam tuā omīp̄s eter
ne d̄s humiliter imploram̄.
ut hanc creaturā salis q̄ in u
sum humani generis tribuisti.
b̄n̄dicere et s̄c̄ificare tua pietate
digneris. ut sit omīb; sumen
tib; salus mentis et corporis. et
q̄cq̄d ex eo tactum uel respsū
fuerit careat omī immundicia.
omīq; impugnatione sp̄ualis
neq̄tie. ꝑ d̄n̄m.
Exorcizo te creatura aque
in noīe dī omipotentis
patris. et in nomine ih̄u xp̄i
filij eī dn̄i nr̄i. et in uirtute
sp̄c s̄c̄i. ut fias aqua exorciza
ta ad effugandam omnē po
testatē inimici. et ip̄m inimi
cum eradicare et explantare
ualeas cū angl̄is suis aposta
ticis. ꝑ uirtutem eiusdē d̄n̄i nr̄i
ih̄u xp̄i q̄ uenturus ē iudica

re uiuos et mortuos et seculum
per ignem amen.

Deus qui ad Oremus
salutem humani generis
maxima queque sacramenta
in aquarum substantia condi
disti. adesto propicius inuocatio
nibus nostris. et elemento huic
multimodis purificationibus
preparato uirtutem tue benedictionis
infunde. ut creatura misterii
tui tibi seruiens ad abiciendos
demones morbosque pellen
dos. diuine gratie sumat effectum.
ut quicquid in domibus uel in locis
fidelium hec unda resperserit
careat omni inmundicia. libe
retur a noxa. non illic resideat spiritus
pestilens. non aura corrumpens.
discedant omnes insidie laten
tis inimici. et si quid est quod aut
incolumitati habitantium in
uidet aut quieti. aspersione huius
aque effugiat. ut salubritas
per inuocationem tui nominis expe
tita. ab omnibus sit impugnatio
nibus defensa. Per dominum.

Conmixtio salis et aque pa
riter fiat in nomine patris et filii
et spiritus sancti. amen.

Dominus uobiscum. Oremus

Deus inuicte uirtutis auctor
et insuperabilis imperii rex.
ac semper magnificus trium
phator. qui aduerse dominationis ui
res reprimis. qui inimici rugien
tis seuiciam superas. qui hostiles
nequitias potens expugnas. te
domine trementes ac supplices de
precamur ac petimus. ut hanc
creaturam salis et aque digna
ter accipias. benignus illustres.
pietatis tue more sanctifices. ut
ubicumque fuerit aspersa per inuocati
onem sancti tui nominis. omnis infesta
tio inmundi spiritus abiciatur.
terrorque uenenosi serpentis pro
cul pellatur. presentia nobis sancti
spiritus nobis misericordiam tuam poscentibus
ubique adesse dignetur. Per eundem.

Ostende nobis. Dominus uobiscum. Oremus

Exaudi nos domine sancte pater
omnipotens eterne deus. et mittere

dignare sanctum angelum tuum de ce
lis. qui custodiat foueat. prote
gat. uisitet et defendat omnes
habitantes in hoc habitaculo.
per christum dominum nostrum amen. In pasche

Mundi renouatio pascali.
noua parit gaudia resurgen
ti domino conresurgunt omnia
elementa seruiunt et auctoris sen
tiunt quanta sit potentia. Ignis
uolat mobilis et aer uolubilis
fluit aqua labilis terra manet
stabilis petunt alta leuia tenent
centrum grauia renouantur
omnia. Celum fit serenius et mare
tranquillius spirat aura mitius
uallis nostra floruit reuirescunt
arida recalescunt frigida post
quam uer intepuit. Gelu mortis
soluitur mundi princeps fallitur
et eius destruitur in nobis imperium
dum tenere uoluit in quo nichil
habuit ius amisit proprium. Uita
mortem superat homo iam recuperat
quod prius amiserat paradysi gau
dium. Uiam prebet facilem cheru
bin uersatilem ut deus preceperat

amouendo gladium. Christus celos
reserat et captiuos liberat quos
culpa ligauerat sub mortis in
teritu. Pro tanta uictoria pa
tri proli gloria sit cum sancto
spiritu a e. E R. Marthe. v. — S. Marta
[illegible] ob. Gla. p. a. Ista. ex. Exaudi.
Admat. v. [illegible] Rta ultima. dec. [illegible]
In missa. offm. Gaudeamus. Exaudi.
Epla. Mulierem fortem et cetera omnia us-
ad locum illum. Manum suam aperuit inopi et
palmas suas extendit ad pauperem. [illegible]
[illegible] alla. v. Veni electa. Ewm. In
trauit ihc in q. of. Filie re. Sec. [illegible]
ra sit. t. Co. Diffusa est. p. co. Saciasti [illegible]

Sequentia.

Lauda syon saluatorem lauda ducem
et pastorem in ymnis et canticis.
Quantum potes tantum gaude quia
maior omni laude nec laudare suf
ficis. Laudis thema specialis pa
nis uiuus et uitalis hodie proponitur.
Quem in sacre mensa cene turbe fratrum
duodene datum non ambigitur. Sit
laus plena sit sonora sit iocunda
sit decora mentis iubilatio dies enim
sollempnis agitur in qua mense prima
colitur huius institucio. In hac mensa
noui regis nouum pasca noue legis
phase uetus terminat. uetustatem
nouitas umbram fugat ueritas.
noctem lux eliminat. Quod in
cena xpistus gessit faciendum hoc
expressit in sui memoriam. Doc
tis sacris institutis panem uinum
in salutis consecramus hostiam. Quod
non capis quod non uides animosa fir
mat fides preter rerum ordinem.
Sub diuersis speciebus signis tan
tum et non rebus latent res eximie.
Caro cibus sanguis potus ma
net tamen xpistus totus sub utraque
specie. A sumente non concisus non
confractus non diuisus integer acci
pitur. Sumit unus sumunt mille quan
tum isti tantum ille nec sumptus consumi
tur. Sumunt boni sumunt mali
sorte tamen inequale uite uel in
teritus. Mors est malis uita bonis
uide paris sumptionis quam sit dispar
exitus. Fracto demum sacramento tan
tum certat esse sub fragmento quantum
toto tegitur. Nulla rei fit scissura
signi tantum fit fractura qua nec sta
tus nec statura signati minuitur.
Bone pastor panis uere tu nos
pasce nos tuere tu nos bona fac uidere
in terra uiuentium.
Tu qui cuncta scis et uales qui nos pascis hic mortales
tuos ibi commensales coheredes et sodales fac sanctorum om
nium. A m e n.